Ab his duobus cuncta ſunt.
Ignisq́ cum pugnax aquæ
Sit, humidus cunctas vapor
Res procreat, diſſentiens
Concordia apta ē fœtibus.
Lutoſa quippe terra ubi
Alto calore canduit,
Olympiiſq́ ſolibus,
Diverſa formis edidit:
Et multa ſat viventia,
Partimq́ priſca reddidit:
Portenta partim condidit
Nova. Illa non vellet quidem:
Sed magne te Python quoq́
Tum protulit: Serpens eras
Ignote terror gentibus
De monte tantum obſederas.
Arcumtenens at hunc Deus
Armisq́ nunquam talibus
Prius, niſi in fugacibus
Damis et uſus capreis
Gravem ſagittis millibus
Quibus pharetram ſolverat
Per nigra fuſo vulnera
Suo veneno perdidit,
Factiq́ famam ne ſui
Poſſet vetuſtas perdere:
Exorſus ē ludos ſacros
Celebri mox certamine,
Quos et domati nomine
Monſtri vocavit Pythia.
Queis dextera juvenculi
Curſu rotave vicerant